

Universitati predictae, de gratia speciali concedimus. Quod ut firmum & stabile permaneat in futurum, nostrum Litteris presentibus apponi Sigillum: salvo in aliis jure nostro & in omnibus quolibet alieno. Datum Parisius, Anno Domini 1365. mense Junii, & Regni nostri secundo. Sic sig. Per Regem ad relacionem Consilii. FERRICUS.

(a) Confirmation des Privileges des Monnoyes du serment de France.

CHARLES
V.
à Paris, en
Juin 1365.

KAROLUS &c. Notum facimus universis tam presentibus quam futuris, Nos quosdam carissimi Domini & Progenitoris nostri Litteras, in filo serico & cera viridi signatas, vidisse, formam que sequitur, continentes.

JOHANNES &c.

ET Nos Predecessorum nostrorum vestigia insequentes, volentesque dicta privilegia, immunitates & libertates, dictis Monetariis & operariis de Sacramento Francie, per Dominos predecessores nostros Reges Francie prefatos, concessa, &, ut dictum est, confirmata, inviolabiliter & absque impedimento, juxta eorum seriem & tenorem, teneri & observari: damus & huius in mandatis dilectis & fidelibus nostris Gentibus nostris presens, & que in futurum tenebunt Parliamentum, Gentibusque nostris Compotorum, necnon Seneschallis, Baillivis, Prepositis, aut eorum Loca-tenentibus, ac universis subditis Regni nostri, omnibusque & singulis Commissariis super premisis & ea tangentibus, deputatis & deputandis, ac cuilibet eorundem prout ad ipsum perimuerit, quatenus dicta privilegia, libertates & immunitates, secundum formam & tenorem dictorum privilegiorum, teneant & observent, ac teneri faciant & observari, vissis presentibus seu eorum Copia sub Sigillo Regio confecta, inditate; facianque & permittant dictos operarios & Monetarios, dictis privilegiis & libertatibus pacifice uti & gaudere; ad hoc rebelles & inobedientes, viriliter compellendo; factaque in contrarium, si que sint vel fuerint, ad statum reducendo: Que dictis operariis, & Monetariis concessimus auctoritate Regia, de gracia speciali. Quod ut firmum &c. Datum & actum Parisius, in Domo nostra Sancti Pauli, Anno Domini trecentimo sexagesimo-quinto & Regni nostri secundo, mense Junii.

*a Ces Lettres
sont dans le 2^e
Vol. des Ordona-
tions p. 339.*

*b Ce mot est
inutile, ou il en
manque un.*

Sic signata. Per Regem in Consilio suo. P. BLANCHET.

N O T E S.

(a) Thresor des Chartres, Registre 98. Piece 396.

(a) Lettres qui portent que le nombre des Feux sera diminué dans la Ville de Corneilhan.

CHARLES
V.
à Paris, en
Juin 1365.

KAROLUS &c. Notum facimus &c. Quod cum ex parte plurium & notabilium personarum Seneschalliarum nostrarum Carcassone, Tholose & Bellicadri, carissimo inclite recordacionis Domino Genitori nostro, fuisset expositum, quod licet, tam propter guerrarum discrimina, que in illis Partibus, temporibus retroactis, riguerunt, quam mortalitatum preteritarum plagas pestiferas, Civitates, Ville, loca, & Castra earundem

N O T E S.

(a) Thresor des Chartres, Registre 98. Piece 320.

Il fut accordé des Lettres semblables à plusieurs Villes, & ces Lettres seront imprimées

dans la suite : mais comme le preambule & la fin de ces Lettres, sont précisément les mêmes, on ne fera imprimer ni l'un ni l'autre dans les Lettres du même genre que l'on donnera dans la suite, & on renverra à celles-cy.